



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

2. Omissis Thomistis sententiæ, & Patroni.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

facto, quin eius aliquid oriatur, dum ex scientia media de auxiliiorum efficacia non, nisi auxilia efficacia præparat, prouidetque prædestinato Deo, scientiaque media de inefficacia auxilii sufficientis ex ea intentione detinetur, ne illud ipsi donet, cum tamen ex æqua intentione salutis, & gloriæ reprobis, similique scientia inefficacie auxilii sufficientis, quod ipsi donet, eius donatione non abstinere, nec scientiam mediam de efficacia auxiliiorum aliorum, quæ eidem denegat expectat pro priori ad ipsorum electionem quam habiturus non est: itaque totas suas affectivas vires exercit, & in actu secundo electionis mediorum, ad quam Deum mouet respectu prædestinati, gloriæque ipsius, intentio illa explicat ac exercit, non autem respectu reprobi cuiusque salutis, ut illa ipsa quæst. 2. certam. 7. numero 3. dicebamus: cum respectu illius vis motiua ad efficacium mediorum electionem intentionis illius oriatur, solumque materialiter & identice, non autem realiter formaliter præcedat: quare, tamen, secundum se præcisè sumpta, æqua respectu gloriæ vtriusque sit, ut se tamen, suamque affectiuam vim, & motionem in electionem maiorem ad finem explicat, exercit, & exercet, etiam ex parte actus primi prædestinati præ reprobo electio ad gloriam ipsius merita absoluta antecedens absolute est, ac merito nuncupatur.

4. Hoc itaque, ut minimum, sensu electione prædestinatorum ad gloriam ante ipsorum merita præuisa absolute dogmatice statuta: an eiusmodi antecedens prædestinationem, & merita electio prædestinatorum ad gloriam efficax sit de facto, esse possit aut debeat: apud Scholasticos Theologos dubitatur, in ea vero questione duplex tantum Scholasticorum opinio absolute altera affirmans, altera absolute negans absque ulteriori examine, & distinctione mentis Authorum referri solet: cum tamen sit in questione proposita dubium triplex. Primum: an electio absolute efficax prædestinati debeat prædestinationem, ac subinde merita absolute prædestinati antecedere, secundum, an de facto ita antecedit? Tertium, an ita saltem possit antecedere? ex horum dubiorum in questione præsentis indistinctio, ne, atque inaduerentia antecedentis electionis gloriæ ad merita prædestinati ab omni Theologia vniuersum ab eius efficacia, & inefficacia præcudendo admittit, à nobis explicata hæcenus, factum apud Authores est, ut tam pro affirmatiua, quam pro negante sententia tum multum, & indistinctum proluxit, aut horum, cum ex antiquis, tum ex Recentioribus Scholasticis sylabus textatur, dum Recentiores quemcumque electos ante præuisa merita, immo & ipsorum prædestinationem, prædestinatos absolute docentem legunt (ut omnes docere absolute debent cum non nisi ex intentione salutis absolute, & mediorum efficacium pro prædestinati electio esse queat siue efficax intentio siue inefficax asserenda sit) statim pro antecedente electione absolute efficaci ante merita prædestinati illum deservunt. Insuper eos Doctores Recentiores, qui de facto affirmant, quasi pro causa communi omnibus referunt omnes: cum tamen longe aliter alij, atque alij in questione de facto assument. Alij autem de facto affirmant, quia aliter fieri posse negant, atque ita necessario fieri debere arbitrantur. Alij vero fieri posse aliter fatentur, ita vero à Deo factum censent: eo etiam discrimine pro negante sententia de facto stare Doctores possunt: ut alij de facto intentionem gloriæ, siue electionem prædestinati ad gloriam absolute efficacem, & antecedentem ad illius merita negent: quia cum cum meritorum, ac subinde obtentionis gloriæ per illa merita libertate essent repugnare. Alij vero, quia, etsi cum ea amice iudicent componibiles, tamen à Deo habitam eiusmodi absolute antecedentem efficacem intentionem, seu electionem ad gloriam prædestinati iudicent non fuisse: Ego vero his notatis Doctorem pro alterutra parte ab alijs reatorum differentis, & sensibus distinctus procedam, nec tam longum, quam alij Catalogum pro alterutra questione præsentis parte proponam.

5. Et ex antiquis Scholasticis neminem pro alterutra sententia tuto referri posse censo. Non quidem pro affirmante, quia hi de electione prædestinati ad gloriam ante eius absolute merita præuisa absolute disputant,

nulla absolute efficacie intrinsecæ ipsius antecedentis electionis ad merita absolute prædestinati facta mentione, quin de antecedente absolute electione eius ad gloriam sensu à nobis explicato, atque ab eius absolute efficacie, vel inefficacia præcedente sunt plane locuti, ut statim in S. Thom. pro ea sententia affirmante ex variis eius locis recitato ostendimus: sed neque pro negatiua sententia certa fide referri veteres Scholastici possunt, quin facile de executiua Dei, & collatiua voluntate gloriæ prædestinato (quæ ex fide non, nisi propter præuisa merita, est) explicari possint, ac debeant. Debeant inquam: quia cum electione prædestinati ad gloriam non, nisi ob præuisa absolute merita constantius, expressiusque negant, de executiua, & collatiua gloriæ loqui se aptius produunt: quia electionem prædestinati ad gloriam absolute talem vero Theologico à nobis explicato sensu negare nequeunt: quin cum Theologis omnibus, tanquam dogma Theologicum vbiuis ea de re agunt admittunt: ergo pro affirmatiua sententia de facto electioni efficacis absolute gloriæ prædestinati ante eius absolute merita præuisa, nec aliter haberi à Deo prædestinationem posse nisi eiusmodi electio procedat, asserunt Bañez 1. part. q. 23. vbi etiam Zumel Nazaret, Ripa, Nazarius, Albelda, ac reliqui Recentiores Dominici, qui in 1. part. S. Thom. scripserunt, & in decretis prædeterminatiuis, ac physicis prædeterminationibus actionum creaturarum contingentium Magistrum Bañez Ducem sectantur: cum enim media, seu auxilia efficacie ad gloriam contingentem per actiones liberas obtinendam prædestinatione à Deo exhibenda, intrinsecus efficacie, ac proinde ad actiones liberas, & gloriæ determinate à prædestinato obtinendam determinata, ac determinata de se sint, nisi ex intentione efficaci absolute & intrinsecæ tali eligi à Deo, ac prædestinatione donari non possit consequenter censent: idque è simplici intelligentia, quam solum admittunt, ut patet ex his quæ diximus controuersia 6. de prouid. d. 2. quæst. 2. certam. 2. conclus. 1. & d. 3. quæst. 1. nempe ad prouidentiam diuinam erga causas naturales de se ad effectus edendos determinatas, & necessarias, atque erga eorum effectus, solam scientiam simplicis intelligentie, & naturalem inferuire, atque solam intentionem efficacem debere præcedere. Proinde suis hisce Thomistis Recentioribus consentit, ac reliquis (Bañez excepto) hac etiam in re præiuit Aluarez 1. de auxiliis d. 3. conclus. 3. citatur Scotus cum suis, sed fide non bona.

CERTAMEN II.

Omissis Thomistis sententia, & Patroni.

1. CVM Thomistis agendum hic non est, nec cum Scotistis aliquot Recentioribus, qui à suo Præceptore, & reliquis doctrinæ suæ consequentia deservunt, cum satis eorum fundamenta tom. 1. de Deo vno fuerint à nobis disiecta. Aliter longe affirmatiua de facto sententiam plures alij sequuntur, qui physicas nostrarum actionum prædeterminationes, decretaque prædeterminatiua reieciunt: quare, & scientiam mediam de conditionata contingentium nostrorum, vel implicite, ut ante Molinam Scholastici veteres omnes, vel explicite in terminis omnes scholæ nostræ Thomistice Iesuanæ, qui Molinam nostrum ea in re habent præceptorem: quorum acuratum & copiosum elencum posuimus tom. 1. de Deo vno controu. 2. de scientia, & præsertim controu. 3. de decreto diuino concurrendi ad liberas creatas operationes d. r. fere tota atque eos omnes redeginus ad summam. Ex his ergo non pauci affirmatiua sententia in questione de facto adherent, ita vero, ut mediorum, seu auxiliiorum ad salutem extrinsecus solum, ut docent, efficacium pro prædestinati electio, atque subinde prædestinationis absque

5. 3. absoluta

absoluta efficaci de se se electione prædestinati ad gloriam antecederent ad eius merita absolute prævisa esse à Deo poterit. Sic censio docuisse Caietanum ad locum citatum ex 1. part. Solum in 1. d. 41. quest. 1. §. *Potest aliter*. Et si qui alij de electione hac veritioribus Scholasticis asseruerunt: illi enim omnes auxilia intrinsecus efficacia, ac subinde decreta intrinsecus efficacia, contingentium per ipsa renuentes, ut citatis locis vidimus, scientiam mediam implicite, ut efficax antecedit electio illa absq; adeo aperta cum contingentibus, ita antecederet intenti, libertate pugna consisteret, ut postea explicatus alij iam citandi, docuerunt. Ex nostris Doctoribus Salmeron tom. 4. part. 3. tract. 14. Cardinal. Tolet. in cap. 8. ad Rom. annotat. 31. vbi Perennius d. 24. Cardinal. Bellarm. 2. de gratia & libero arbitrio. cap. 35. Henriquez de fine hominis cap. 11. ceterisque fultus & distinctus, acutiusque Soarius 1. part. lib. 1. de prædestinatione. c. 8. & opuscul. 3. de auxil. cap. 16. intrinsecam eius antecedis electionis efficaciam cum gloria ob absoluta merita contingentia intentæ. & contingenter, ac liberè obtinendæ, ac huius, & illorum libertate ex directione intentionis, seu electionis per scientiam mediam componens: atque electionem auxiliorum efficaciam extrinsecus pro prædestinatis, eorumque prædestinationem ex efficaci quoad intrinsecum electi intentione, & electione prædestinati ad gloriam haberi à Deo potuisse, & ibi, & vbius ea ipsi res occurrit, asserit, vel supponit. Soario consentiunt prorsus Fasolus 1. p. tom. 2. quest. 13. artic. 1. dub. 3. multa, & accurata eruditione, ingenij pondere & acumine sententiam illustrans. Arriaga tract. de providentia, & prædestinatione d. 35. & 36. totis Curiel in prima Petri cap. 2. controversia 4. concl. 4. Mendoza Augustinianus in quodlibetis quest. 1. scholastica §. *Secundo loco*. Pelantius in p. 1. quest. 23. art. 5. d. 10. & 11. Arrubal. 1. p. d. 72. & 73. supponitque sæpe Annatus discursibus, quos Apologia pro scientia media contra eius impugnatores efformat: citantur in id Lucæ 12. *Quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum*. Maldonatus, Ianfenius, Sa, Barradas; sed hi certè electionem pro prædestinatione usurpant, quod ipsum voluit citat. Tolet. Granados denique utramque sententiam affirmantem & negantem vult conciliare tandem, sed dictis à se contradicere conclusionem 1. & 2. quæ sane pro affirmatiua hactenus sententia sunt.

2. Pro affirmatiua hac sententia de facto S. Thom. apertè stare eius Patroni cum Recentiores Thomistæ Dominicani, tum etiam Thomistæ nostri Iesuitæ contendunt, citata enim qu. 23. artic. 4. ait. *Prædestinatio secundum rationem præsupponit electionem, quia est ratio ordinacionis in finem*. Non autem præcipitur aliquid ordinandum in finem, nisi præsupposita voluntate finis. Vnde prædestinatio aliquorum in salutem eternam præsupponit secundum rationem, quod Deus velit illorum salutem. Nec bene à nostris Molina articulo 5. d. 1. m. 6. Valentia punct. 4. §. 4. & 5. Valquez cap. infra citando 10. Lessio etiam infra sect. 2. ratione 10. num. 23. Becano infra obiect. 1. salutis eternæ nomine iustificacionem, & perseverantiam finalem in hac vita interpretantur. Siquidem idem apud omnes, atque gloria valet æterna salus. Et S. Doctor de salute, quæ finis præintensus prædestinatis sit, & ex cuius intentione prædestinantur, loquitur expresse. Ea vero finalis salus, quæ finis intensus prædestinatis est, gloria ipsa est non iustificatio, & perseverantia in hac vita, quæ medium ad finem intentum est, & in 1. dist. 41. art. 2. ad 1. *Electio divina est, quæ aliqui ex ordine sue sapientie ordinantur ad finem beatitudinis, sed prædestinatio est secundum quod præparantur eis ea quæ perducunt in finem; & ideo sicut voluntas ordinans in finem præcedit actum voluntatis præparantis ea, quæ ducunt in finem, ita electio prædestinationem præcedit*. Et quest. 6. de veritate art. 1. ait. *prædestinatio supponit dilectionem, per quam Deus vult salutem alicuius: ac proinde etiam electionem, per quam ille qui infallibiliter dirigitur ad finem ab aliis separatur*. Et hæc virgientiora S. Thom. pro affirmante sententia testimonia sunt, nam quæ afferri solent ex hac 1. p. q. 22. art. 2. ad 9. & art. 3. corp. & cit. quest. 41. art. 2. ad 2. &

citata quest. 23. art. 5. ad 3. vbi ait: electionis, ac prædestinationis Dei nullam ex parte nostri, adhuc ex gratia, causam, & diversitatem dari, sed in primum Dei arbitrium & voluntatem gratuitam reduci debere ceterum afferuntur. Neque enim electionem Dei merita absolute prædestinati antecederent absolute talem causam aliquo vero Theologico à nobis dato dogmaticam, & universalij negant; sed solum illam antecederet ad merita absolute efficacem, quam citati Doctores affirmatiue Patroni contendunt: sed ostendamus facili, & paucis virgientiora recitata Authoribus secundum modum recitatis n. 6. ex vlt. esse non posse.

3. Etenim in eis S. Thomas ex necessaria præcedentia intentionis finis, seu electionis, ac dilectionis prædestinati præ reprobo, ut illum obtineat, ad electionem & præparationem mediorum ad vltimum obtinendum, probat eiusmodi intentionem, seu electionem finis gloriæ prædestinato præ reprobo ad prædestinationem, seu præparationem mediorum efficaciam ad illam à prædestinatione obtinendam debere præcedere: ac subinde de facto ad prædestinationem præsupponi: ergo si loquatur de intentione finis gloriæ, seu electione, & dilectione prædestinati præ reprobo ad illam absolute antecederet, & efficace, hanc necessariò præcedere ad prædestinationem debere ait: ac proinde non, nisi ex electione efficace absolute, & antecedente prædestinationem esse posse contra hos Doctores asserit. Solique Thomistæ Recentiores fanet; quod hi renunt: in autem non loquitur de antecedente efficaci absolute electione ad gloriam, nec ipsis, nec Thomistis fanet; nec minimum negativè sententiæ aduersatur, sed adhuc explicandus restat S. Thom. ut genuina eius mens ad negotium aduersa, vel secus sit, deprehendantur. Valquez vbi proxime S. Thom. explicat, ut & 3. p. d. 13. cap. 1. num. 10. de præcedentia electionis, & dilectionis prædestinati præ reprobo ad gloriam ipsius prædestinati, qui in prædestinatione ipsa includatur, sique ipsa adque sumpta prædestinatione prior prioritate maioris universalitatis, quatenus, iuxta Thomistam plures, Dei gloria, & volitio prius ad obiectum in communi, seu ad eius vniuersalius prædicatum terminata intelligi debet: quam ad prædicatam eius in particulari, ut scilicet ad efficaciam auxiliorum vniuersim auxiliis efficaciam consideratis electio ipsorum, quam ad ipsam in particulari efficaciam, qua formalis prædestinatio terminatur intelligatur prioritate vniuersalitatis maioris præcedere confirmari putant nonnulli ex q. 6. de veritate artic. 3. corpore vbi ait: post electionem prædestinati præ reprobo ad gloriam providere media, ut non ceciderit, vel si ceciderit, resurgat. Sed plane S. Thom. agere loquitur de præcedentia intentionis, seu electionis ad gloriam, quæ causalitate, & prioritate nature quæ physica ad præparationem, & electionem mediorum efficaciam in particulari præcedit, quæ prioritate illa maioris vniuersalitatis nequit contineri: loci autem ex quest. 6. de veritate artic. 3. corpore sensus, prioritatem etiam nature, & quasi physicam continet (si absolute continet ut iam videbimus) electionis prædestinati præ reprobo ad gloriam respectu præparationis, seu prædestinationis, & electionis mediorum efficaciam in particulari, non autem prioritatem maioris vniuersalitatis. Tercio alij respondent in sententia sancti Thomæ providentiam, & prædestinationem fieri in actu imperij intellectus, siue imperatiui modi (ut Thomistæ Dominicani Recentiores volunt) siue iudicatiui de præfenti (ut vult noster Ruiz impugnati à nobis affatim controversia 6. de providentia disput. 2.) quæ post intentionem finis, & electionem mediorum efficaciam à Deo habeatur: sed eiusmodi imperium communitatum de se & S. Thomæ suppositum esse ostendimus ibidem: quare, licet Soarius, qui is vitur pro affirmatiua sua sententia testimoniis huius interpretationis, & solutioni ex mente S. Thom. consentiat 1. de prædestinatione capite quinto, numero 15; & reliquis germanioremque Magister mens Disceat Daza adhibetur, genuina S. Doctoris mens non est.

4. Aliande ergo, & locorum Sancti Thomæ probabilior, & ad eius mentem germanior sensus vobis notandus nobis est, quia antecedentem ad merita absolute

luta prædestinati, & absolute de se efficacem eius præ
reprobo electionem ad gloriam contra reliquos præter
citatos paucos prædeterminantes Dominicanos, tam
affirmantis, quam negantis sententia Doctores neces-
sarium ad prædestinationem à sancto Thoma traditam
admitramus. Primus esse potest ex questione sexta, de
veritate articulo tertio corpore, ex qua nobis oppo-
nitur: ut sentiat ex intentione salutis creaturarum
rationalium, & scientia simplicis intelligentie de vir-
tute omnipotentie sue, qua scit pro singulis, & omni-
bus illis auxilia efficaciter extingere seu habitura effe-
ctum contineri, decernat aliquibus præ aliis non de au-
xilii, efficacibus solummodo, ex ea glorie eorum in-
tentione, & dilectione ipsorum providere, quin eius de-
creti efficacia ultra auxiliorum absolutam positionem ad
bonum solum absolutum contingentem creaturarum ra-
tionalium, ac libere per illum obtinendam gloriam ab-
solute extendatur. Igitur decreto ex intentione salu-
tis eorum habito interpretati scilicet, & virtualiter
magis earum salus, ac ipse ad illam diliguntur ac præ
aliis eliguntur, atque ab eis electi, & dilecti sepa-
rantur, ut loco citato objicetur: ex ea vero por-
tione illarum per decretum illud dilectione postmodum
posteriori signo electione auxiliorum per scientiam me-
diam regulari eliguntur auxilia in particulari efficaciam,
qua prædestinatio consistit vel completur, atque à Deo
præsupposita glorie dilectione, & electione respectu
glorie, inefficaci intrinsecus, prædestinatio procedit.
Secundus sensus sit sanctum Thomam censuisse eis lo-
ci intentionem salutis, & glorie formalem, & expre-
ssam prædestinatorum præ reprobis, horumque electio-
nem specialem inefficacem, & citra absolutam effica-
ciam, esse propensorem, & impensorem, quam erga
non prædestinatorum salutem, est vera quidem, & se-
ria intentio horum etiam respectu sit: quare & ea ipsa
prædestinatio à reprobis primo in Dei voluntate dis-
cerni, & separari inde posteriori natura, quasi physice,
electione auxiliorum efficaciam sui prædestinatione ite-
rum Dei voluntate discernantur, ac separantur iuxta di-
cta num. 2. & fors S. Th. ex effectibus voluntatis earum
propensionem metius, & intentionem (ut æstimationem
humana fieri frequenter, & prudenter solet) maiorem
gratiam auxilii efficacis pro prædestinatis, non nisi ex
propensione, & intensiore intentione salutis fieri posse,
indicavit.

3. Tercius sensus est iuxta dicta numero 3. ut dile-
ctio prædestinati ad gloriam, atque intentio glorie illius
nullatenus formaliter excedens propensionem, & serietà-
tem intentionem glorie reprobi secundum se præcise,
prædestinationis, seu electionis auxiliorum efficaciam
causa in actu primo sit, ac necessario debeat præsuppo-
ni, sicut ad electionem quamvis mediorum suus inten-
tio, ut ratio naturæ bene S. Thom. eandem vero electio-
ne ipsa mediorum efficaciam, seu prædestinationem, ad
quam movet, totaque affectivæ motus vires suas ex-
ercet, & exercet, causam exercere, & de facto prædesti-
nationis constitui: sicut actione, & causalitate sua cau-
sa quævis sui effectus causa absolute, & actu præcedens,
ac prior ipso constituitur: tamen eadem actione, &
causalitate effectus constituitur sui causa posterior:
quatenus autem vis illa intentionis motus ad electionem
mediorum efficaciam, quæ respectu glorie reprobi aque
intentione oritur, respectu prædestinati tota tota exer-
cet intentio salutis prædestinati, secundum eam etiam
vim in actu primo motuam, totaque suas vires affe-
ctivæ impulsivas ad mediorum electionem realiter forma-
liter præcessisse conueniunt respectu prædestinati, secus
respectu reprobi: ac proinde realiter formaliter loquen-
do intentione ipsa glorie entitativæ, & materialiter ea-
dem prædestinatum præ reprobo in actu etiam primo,
non solum ad meritum, sed & ad prædestinationem à re-
probo in ordine ad æternam salutem discretum, & sepa-
ratum fuisse, atque præ hoc dilectum, & ad gloriam
electum; tamen inefficaci, æquaque omnino intentio-
ne veriusque salus à Deo intendatur: fufus, exactius
que forte, quam aliquibus oportere videretur S. Tho-
ma mentem exquisivi: cum, & me in ipsum deuotio-
ni, & obseruantie satisficerem, cum, ut his explora-

tis, explicatisque sensibus, similibus nec adeo videntur
locutionum apud Scholasticos veteres ab affirmantis
sententiæ Doctores citatos sensum neganti sententiæ
minime aduersum hoc vno eodemque labore osten-
derem.

6. Eandem affirmatiuam sententiam, non adeo vni-
uersaliter de prædestinatis omnibus, sed de Beata Virgi-
ne, Apostolis, Baptista, Hieremia, aliisque dignitate,
& sanctitate præstantissimis prædestinatis (ut scilicet hi
solum, quos eximie prædestinatos vocant fuerint effi-
caciter ante præuila absolute eorum merita ad gloriam
electi) renuerunt Oxam in 1. d. i. questione unica, lit.
G. Gabriel ibi art. 2. concl. 2. & 3. Catherinus 1. de præ-
destinatione cap. vi. & lib. 3. initio & in cap. 8. ad Rom.
tamen ut vidimus d. 1. quæst. 1. his lapsus fuerit, cen-
sens Beatos reliquos prædestinatos appellandos non
esse, quo super ipsum ibi consultauimus: quod autem
electio hæc efficax ad gloriam absolute antecedens, de
quibusdam prædestinatis asseratur de reliquis negetur,
nullum in scriptura, & Patribus fundamentum habet
immo vero cum expresse de saluandis, prædestinatioque
omnibus eorumque electione, & prædestinatione ad glo-
riam æque, eodemque modo Patres, & scriptura abique
vlla eius distinctionis indicatura loquatur, his Docto-
ribus ita distinguendis aduersantur, sed neque à ratio-
ne verisimilitudinem ea distinctio habet, cum eximij illi
sancti sanctitate, & gloria maiore ceteris præcellentes
solum intentionem glorie & sanctitatis ex parte obiec-
ti maioris in Deo requirant, non autem ex parte subie-
cti, seu intrinsecè distinctam, & efficaciorum quam glo-
rie, & sanctitatis minoris aliorum intentio tamen pro-
portione eorum seruata æque de medijs efficacibus ad
maiores, vel minores sanctitatem, cuique intentam, ab-
que vlla ex parte efficacis intentionis diuersitate præde-
stinatis omnibus à Deo providebitur.

7. Denique Aliazar in Apocalyp. cap. 3. ad id, *Tene
quod habes, ne alius accipiat coronam tuam.* Censet
Deum primo efficaciter præfuisse numerum saluandorum,
non designatis singularibus personis saluandis:
postea vero, cum videt aliquem à iure, quod, ut esset
ex eo numero habebat, & ad coronam, & ad gloriam
ex operibus, & iustitia exidere, alteram in eius coro-
nam, & locum subrogare, efficaciam illi auxilia ministra-
re, ut ex meritis ad gloriam, & coronam alterius eli-
gatur. Hæc tamen opinio, & est singularis, & absurda.
Nam, ut bene Cornelius ibi, non homines coronis, sed
coronas hominibus præparauit, sicut nec propter lo-
cum gentes, sed propter gentes locum. Secundo pri-
mum illud decretum somnium profluit est: immo contra
scripturam Patres, & Theologos: quia nullus est
electio misericors, aut dilectio huius præ alio, cum ex
nullius complacentia sit: ex misericordie vero electione,
& dilectione vnus præ alio ad salutem & complacentiam
illius negotium prædestinationis totum inchoati dogma
Theologicum est. Secundo vel ex eo decreto is qui à iure
ut vnus ex eo numero, esset excidit, prædestinatus erat atque
etiam qui in eius locum qui illo excidit substituitur: vter-
que esse non potest prædestinatus: quia neuter à iure de-
cideret à numero neque à corona: quare neque alter al-
teri succederet: si autem neuter prædestinatus, asseratur
alter ad eum numerum saluandorum, & ad gloriam,
abique prædestinatione Dei perueniet, quod est erro-
neum: ac quibusnam personis numerus ille saluandorum
implendus sit ante absolute præuila merita, & iustitiam
Dei in incerto erit, quod est absurdissimum. Si autem
illas cum, qui alteri succedit prædestinatum esse non
autem alterum, qui à iure excidit & corona: iam præde-
stinatus ille de numero saluandorum est atque ad gloriam
ante merita & iustitiam finalem electus præ altero repro-
bo contra re: prædestinatus quippe omnis eo ipso ad
gloriam electus absolute est, atque in scriptura Patri-
bus, & tota Theologia dicitur. Rursus: cum decretum
illud primum efficax sit: eo ipso quod prædestinatione
ad numerum præfinitum saluandorum hic aliquis perri-
neat, salutis perdendæ contingentiam, & potestatem
amittet, & antecedentem illius obtinendæ necessitatem
subibit: ac si ipse efficaciter antecederet ad merita ele-
ctus ad gloriam foret: quod, tam singulari cogitatio-

ne vitari tentabatur. Atque (vt alia omittam) cum gloria, & corona actus cuiusque vitalis sit, nemo in alterius coronam succedere citius potest quam alterius vitalem actum elicere, quod per totam philosophiam repugnat. De loco Apocalypsis, eiusque genuino sensu certamine 3. dicemus.

8. Pro negante sententia antecedentem & efficacem absolutam electionem ad gloriam ante præuisa absolute merita prædestinatorum ad illam citari etiam ex veteribus Scholasticis plures solent, non meliore quidem fide, quam pro affirmante referebantur: quo enim expressius firmiusque eiusmodi antecedentem merita electionem illorum ad gloriam negant de electione ad gloriam executiua & retributiua, seu exercitè remuneratiua se loqui profitentur: siquidem, vt certamine primo diximus electionem gratuitam intentionem, & prædeterminationem ante absolutam prædestinatorum merita absolute talem tamen non absolute efficacem, nullus vaquam Scholasticorum negavit; nec, nisi contra scripturam Patres & Theologos proinde dogma negari vultatenus potest; idcirco Philorum Theologorum iurili pro hac sententia recitatione abstinco. Stant igitur explorato pro negatiua hac sententia ex his, qui contra proximi sæculi Hæreticos scripserunt Albertus Pighius 8. de libero arbitrio capite secundo, Richardus Taper articulo 7. §. Nec re ipsa. Hieronymus Oslorius 9. de iustitia Ioan. Ektus in suo Chilopactico centur. 1. Diædo de concordia liberi arbitrij, & prædestinatione parte secunda, capite tertio, ad 3. Cardin. Sadoleus in capite 8. ad Roman. Stapleton in capite nono, & orat. de hoc argumento, Bartholomæus Camerarius dialog. Cathol. capite 6. Ioannes à Bononia, & Franciscus Carthag. tract. de prædest. Nolter Turrian. opuscul. de elect. diuina, Molina 1. p. q. 23. articulo 2. d. 2. & articulo 3. d. 1. m. 7. & 8. Valent. eadem quæstione, pun. 4. Valquez 1. parte, d. 89. & 3. parte d. 23. Salas tom. de gratia manuscripto tractatu 15. & 14. sectione 15. referens Medinam vtrumque, Ludouicum Legionensem, Sixtum Senensem Adamum, aliosque auctores ad triginta: tamen in eis veteres plures, quos vt dixi Patronos exploratos sententia huius non reputo, Lessius item satis fusè tractatu de prædestinatione sectione 2. Becanus prima parte, capite 14. quæstione 4. Herize 1. parte tractatu 3. d. 23. à cap. 9. ac deinceps Hachetus tract. 2. quæstione 23. d. 3. capite 3. Gamacharius quæstione 23. capite 6. assert. 2. Moncæus tom. 1. d. 4. cap. 4. Cornel. in id Petri 1. *Satagite, ut per bona opera*, &c. Ioannes Præpos. (qui tres potestates refert) 1. parte quæstione 23. articulo 8. dub. 8. §. 2. Sed mirum plane est, Ariagam capere voluisse in sermonibus citatum Herize, quasi tandem huic sententia affirmanti concesserit. Falsolum vero in suas affirmantis partes citatum Molinam trahere voluisse. Cum tamen, tam hic, quam Herize omnem contingentis nostri effectus efficacem præuisionem absolute, & quomodocunque habitam, & regulatam iudicent cum eius contingentia, & libertate contradicitoriè pugnare, vt diximus controu. 4. de volunt. d. 6. q. 2. quare eo suo generali princip. q. huius affirmatiuam partem excluderunt, quibus etiam ego ex eod. principio subscribo.

CERTAMEN III.

Irrito pro alterutra sententia ab eius Patronis ex scripture testimoniis pluribus laboratur.

1. **P**roducit pro negante sententia illud Matt. 25. *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum (gloriæ vtrique) à constitutione mundi: nempe ex æternitate, ex qua mundum fieri constitutum à Deo fuit: Esurui enim, & dedistis mihi manducare, &c.* quibus æternæ præparationis regni, seu electionis efficacis gloriæ prædestinatis præ reprobis pro. causa merita absoluta co-

rum redduntur, sicuti & præparationis gehennæ, seu electionis efficacis reprobis ad inferni penas statim absoluta ipsorum impietas illis verbis. *Ite maledicti in ignem æternum, qui parati estis diabolo & Angelis eius. Elucet enim, & non dedistis mihi manducare, &c.* Verum hoc loco agi de gloriæ electione executiua, & absolute, atque exercitè remuneratiua Dei voluntate, de qua nulli nisi Notatoribus relatis, recitatique à Maldonato dubium est, post merita absolute esse diximus d. 1. q. 2. c. 1. n. 5. & ex verbo *possidete*, & authenticè de damnatis elaret. Si autem illi de electione, vel antecedente prædestinatione, vel in ea inclusa gratuita & liberali, quam omnes facere debemus, efficacit sit necne? Nec aliud probat illud ex Matthæo. *Sedere autem ad dexteram meam vel sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo*, ista etiam Patrum plurium interpretatione, qui de præparatione ob merita præuisa absolute ex æternitate cum locum intelligunt: sicuti & illum 1. Corin. 2. *Gratias non vidit, &c. quia preparauit Deus is qui diligunt illum* Eodem decreto illo executiue premiandi exercitè absolute iustorum merita veritas eorum locorum certissima salutar, tamen intentiua electio efficacit absoluta præcedat gloriæ prædestinatorum non propter merita absolute, tanquam motiuium, habita, sed per merita tanquam medium obtinende in Deo præcedat.

2. Affertur illud Iacobi 2. *Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo diuites in fide, & heredes regni, quos promissit Deus diligentibus: quem locum, etiam S. Augustinus prædest. Sancto. c. 17. sub finem assertat, vt probet electi fideles fuisse, non quia fideles erant, sed vt ea electione fideles fierent, & que essent: eaque interpretatione aduersarij quiescant, diuinitatem tamen est: sicut enim elegit pauperes in hoc mundo non fuit illos eligere, vt pauperes in eo fierent, vt finem eorum pauperitatem vt conditionem ex parte subiecti ad eorum electionem supposuit; ita & fidei diuinitas, ac merita vt conditio ex parte subiecti supposita ad eandem electionem æque supponitur, vt exprimit Syriaca translatio verbis hinc. *Non pauperes mundi huius diuites autem in fide elegit Deus: sunt heredes Regni illius, quod promissit is qui diligens ipsum? Quia electione sententia clarior factio ipsi comprobata apparet, atque occurrit instantia, quam pauperem putat Falsolus: quod scilicet electi etiam dicuntur heredes Regni: cuius tamen hereditas non conditio ex parte subiecti eligendi supposita ad electionem fuit, sed electionis terminus, nisi quoniam illi suppositus, sed per ipsam electis afferendus: vt enim heredes fieret agniti hereditatem adirent electi sunt; ita sane, si, cum in electione, & terminus, & subiectum electionis sit: aliud, quam Regni hereditas terminus electionis de qua hic, esse possit ac fuisse ea electione explicetur: non fuit reliqua, quæ ex parte subiecti eligendi præsupponitur eadem electione & factio ipso electionis compositionem electionis eius termini dici possunt. Confirmatur istam hunc atque viget argumentum solita sua interpretatiua soliditate Valquez noster 3. p. d. 23. c. 11. n. 68. ex more ipsa, & intento Iacobi loco recitato, illud cum eo ostendere non esse personarum acceptationem in Ecclesia habendam, vt scilicet diuites in honore, & pretio præ fidei diuitis sint, pauperes vero fideles despectu habeantur: idque Dei exemplo, qui pauperes mundi huius diuites vero fidei merito ad Regni sui hereditatem elegit: suadet efficaciter Iacobus, & apprimè confirmat: vt pertineturiora Soarrij nostri euasio de æqua amabiliatè diuitiarum fidei adeo in pauperibus, atque in diuitibus locum non habeat, ea vero solida Valquez interpretatio vtrius firmatur: ex immediatè subiunctis à Iacobo de diuitum vitiis. *Nonne diuites per potentiam opprimunt eum: vt libenter, & diuitum tyrannidem, & oppressorum pauperum licet, & diuitum patientiam offendat, atque hos subinde ex fidei & patientiæ meritis ad regnum Dei electos illos vero ob vitiis suorum demerita ab eo reiectos demonstrat.***

3. Ceterum non minus Valquino rigidus testimoniorum scripture, & Patrum interpretes Magister meus Dilect. Daza nihil ex hoc loco ad rem præsentem putat adduci: neque agi in illo de electione diuina prædestinatorum ad gloriam regni nomine significatam: quæ, cum adeo ignota (tunc præcipue in Christianis Ecclesiis præ-